

vexatam 1, barbarisque 2 oppressam, suo ad-  
 2 ventu in pristinum 3 restitueret. Sed in his  
 rebus 4 non simplici 5 fortuna conflictatus  
 est 6, & id, quod 7 difficilius putatur, multo  
 sapientius tulit secundam, quam adversam  
 3 fortunam 8. Nam cum frater ejus Timo-  
 phanes, dux a Corinthiis delectus 9, tyranni-  
 dem per milites mercenarios 10 occupasset,  
 particepsque regni 11 posset esse 12: tantum  
 abfuit a societate 13 sceleris 14, ut antetule-  
 rit suorum civium libertatem 15 fratris sa-  
 luti 16: & patriæ legibus 17 obtemperare sa-  
 4 tius 18 duxerit, quam imperare patriæ. Hac  
 mente 19 per haruspicem 20, communem-  
 que ad finem 21, cui soror ex eisdem parenti-  
 bus nata 22, nupta erat, fratrem tyrannum  
 interficiendum curavit 23. Ipse non modo

M 6

manus

1 Duriter afflictam. 2 Intelligit Carthaginenses, qui par-  
 tem insulæ tenebant, a Romanis tandem ejecti. 3 In prio-  
 rem & veterem statum. 4 Dum has res gereret. 5 Utra-  
 que, bona & adversa, varia. 6 Jactatus & afflictus est. 7 *Id*  
*quod* eleganter pro *quod* vel *quod etiam*. 8 Ceteri mortales  
 inconsideratiores in secunda quam in adversa fortuna. v.  
 supra 9, 5, 1. 9 Bello adversus Argivos & Cleonæos. 10  
 Quadraginta numero, quos Corinthii alebant. 11 Tyranni-  
 midis. 12 Scil. Timoleon. 13 Participatione; usque adeo  
 socius esse noluit. 14 Occupatæ tyrannidis. 15 Unius ty-  
 rannidi oppositam. 16 Vitæ. 17 Formæ libertatis. 18 *Alii*  
*sanctius*. 19 Hoc consilio. 20 *Μάστιγ* Plutarchus vocat  
 Saryrum vel Orthagoram nomine. 21 *Æσὶν* hylum, sed fra-  
 trem uxoris Timophanis, si Plutarcho credimus. 22 i. e.  
 germana proprie. conf. 5, 1, 2. 23 Autor fuit cædis seu fra-  
 tricidii, libertatis publicæ vindicandæ ergo.